

ipsam etiam crevisse: quod licet nonnulli negent, ego maius fundamentum invenio ad annuendum, cum sacra Scriptura commemoret vestes filiorum Israel egredientium de Aegypto per quadraginta annos non fuisse vetustate consumptas: immo illis ancilis, auctas ipsas, ut nulli tradunt, locum Deuteronomii 8. explicantes. Hanc vestem a b. Virgine contextam; quam inconsultilem vocat sacra Scriptura, tradunt iidem Doctores asservari in oppido Argentolito, non longe a Lutetia Parisiorum, ubi magna veneratione peregrinis spectanda proponitur.

Tandem quid haec vestimentorum divisio praesignificaverit, Patres, et Doctores silentio non praeterunt, utpote quae specialis mysterio non caruerit. D. Cyrillus (*lib. 12. in Ioan. cap. 32*) respondit in hoc significari: *Quatuor orbis partibus ad fidem reductis Christi carnem indicibiliter, et impartibiliter communicari in Eucharistia; divisio ergo vestimentorum partis orbis significat; tunicae integritas carnem Christi divitam, et impartibilem communicatam indicat: caro autem Christi per tunicam desuper contextam, per totum significatur, quia absque sensuum conventu virtute Spiritus sancti desuper corpus Domini contextum, atque confectum, de sanguine beatissimae Virginis fuit; haec Cyrillus. Cardinalis Toletus (*in Ioan. cap. 19. adn. 14*) ingeniosam et eruditam aliam expositionem exhibet his verbis: *Voluit Christus in vestimentis ipsis qualitate passionis suae significare, habebat enim tunicam, et vestimenta: vestimenta humanitatem significabant, quae erant duo, sicut humanitas corpus, et animam continet: haec secta sunt, quia in humanitate passus est et corpore, et anima: at tunica primum et interius vestimentum significans divinitatem eius, non admisit partitionem, quia nequaquam passio ad eius pervenit divinitatem; tamen sors facta est super eam, quia propter unionem, cum esset Deus et homo, dicebatur potius Deus, quia illi homo Deus erat, et non hoc per passionis receptionem in divinitate, sed propter unionem humanitatis ad ipsam, per quamdam sermonis attributionem. Iansenius (*in conc. Evang. cap. 143*) aliter id explicat in haec verba: *Quadrupartitum vestium divisio quadrupartitum significat Ecclesiam, hoc est Ecclesiam quatuor mundi terminis replentem; inconsultis vero, et indiciva refert Ecclesiae eiusdem unitatem, quam frustra semper scindere conati sunt haeretici. Ultimam, et non contemendam doctissimi Simonis Cassiani expositionem aducere non pigebit: *Vestimenta Christi Scripturae sunt veteris testamenti et novi, quae quadrisarie dividuntur, in legem, historiam, doctrinam simpliciter decentem, et prophetiam: ad legem Moysis tempus; ad historiam Iosue Iudicum et Regum; ad doctrinam codices Salomonis; ad prophetiam omnes Prophetas. In novo autem testamento et huiusmodi divisio reperitur. Ad legem Evangelium; ad historiam Actus Apostolorum; ad doctrinam epistolae Pauli atque canonicae; ad prophetiam Apocalypsis Ioannis. Harum partium unusquisque pro suo captu partem accepit, ut etiam in una magis, quam in alia quisque reperitur doctus, et etiam pro****

*tempore ista novimus esse divisio, secundum quod homines suis temporibus Domino coeli strenue, aut tepide militarunt. Alter autem Scripturae testamenti dividuntur, quantum ad sensum, quibus ipsae diserte tractantur, in sensum historicum, allegoricum, anagogicum, et morale, et videtur vestimenta corpus, sic ista obtegunt Christum: et paulo inferius subiungit: *Tunica vero inconsultis fidei arguit unitatem, unitas siquidem nostrae fidei scindi nequit: potest homo a fide rescindi, sed fides non potest ullo modo rescindi. Atque haec sufficient de circumstantiis crucifixionis antecedentibus mortem, postea de subsequentibus agemus.**

HOMILIA XXIII.

De causis, ob quas Christus Dominus ignominiosam crucis mortem elegerit.

Inter has causas cum commemorare primo loco placet, quia ob docendum humilitatem spiritualis vitae basim Christum Dominum per motum arbitror, ut tam abiectum mortis genus eligeret. D. Hieronymus (*in cap. 7. Mich.*), de amore loquens, ait: *Amor aut patris accipit, aut facit. Id autem quia ratione de amore Dei erga hominem verificari possit, explicemus. Cum enim Deus infinitae maiestatis sit, homo vero finita, et limitata virtute circumscripsum, finitum inaequalitas, nulla videtur inter eos paritas excogitari posse. Quomodo ergo divinus amor patris accipit, aut facit? Sane si rem altius contemplerur, divinus amor, qui sapientissimus est, sapienter adinvenit, hominem efficiens Deum, et Deum hominem: deprimens enim Deum ad humanam naturam induendum, et exaltans hominem ad unitatem personae Verbi divini amplectendum, parem hominem Deo reddidit, Paulo dicente (*ad Ihi. ip. 2*): *Qui non rapinam arbitratus est, se esse aequalem Deo. Deum etiam parem homini effecit adeo, ut non immerito dixi possit, ecce Deus factus est quasi unus ex nobis, quia et homo factus est. Sed quid dico factus est homo? factus est vermis, et non homo, id ipso attestante per Prophetam (*Ps. 21*): *Vermis sum, et non homo, opprobrium hominum, et adiectio plebis. Ergo ut amoris fuit effectus nostrae susceptio humanitatis, et illa electio mortis in cruce, quae omnium erat ignominiosissima, et plurimum execrabilis. Inde scriptum, maledictus homo qui pendet in ligno, quae circumstantia dedecoris Redemptorem nostrum gravissime torquebat. Memini eloquentiae parentem dixisse, nihil in vita invidius vita. Per multos tamen legimus, ne honoris facturam vel minimam subirent, mortem sibi conscivisse, salius sibi vitam extingui, quam famam maculari indicantes, ut quae Plutarchus de Pompeio, et quintus Curtius de Alexandro, et Titus Livius de Scipione tradiderunt, non obscure***

atstentur. Refert etiam idem Plutarchus, non tam doluisse Alcibiadem exilium, rei familiaris devastationem; immo et vulnera sibi inflicta, quam contumeliosum Themistoclis verbum, quod adversus illum protulerat. Honoris enim appetitus tam altus in animis hominum egit radices, ut somnata inimicorum trophaea non secus, ac si vera essent, vehementer dolorem ingerere solent, ut Themistocli accidit, qui dicere solebat: *Mileiadis trophaea me excitant, et in somnis quietem capere non sinunt. Quod et fratribus Ioseph contigisse sacra Genesios commemorat historia, quos novimus adversum Iosephum valde indignatos eo solum nomine, quod somniasse referret se a stellis, sole, et luna adorari. Cum ergo haec ita se habeant, haud difficile inde erit eruere, quam ignominiosa Christo Domino mors crucis extiterit. Nullum, ait Salustius, infelicitatis genus maius est, quam meminisse se fuisse felicem. Certe nominis Christi gloria ubique gentium pervulgata erat, ut David praedixerat (*Psal. 47*): *Secundum nomen tuum sic et laus tua in fines terrae. Hic tandem gloriae, et nominis splendor in ercis infamiam fuit postea conversus, unde illum in cruce pendentem intuentem, non immerito usurpare poterant illud Machabeorum: *Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conversi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum; secundum gloriam eius multiplicata est ignominia. Itaque honor ille, quem Salvator noster in vita comparaverat, tempore mortis cessit in maiorem eius ignominiam: quanto enim antea gloriosior erat, tanto iniuriae postea et illatae creverunt, impletumque est illud (*Sap. 2*): *Morte turpissima condemnemus eum. Sed ut dixi, voluit Christus Dominus hoc tam abiectum, ac humile mortis supplicium potius, quam alio mori, ut nos ad humilitatem amplectendum, fastidium mundi honorem conculecandum non modo excitaret, sed permoveeret, et terribilius compelleret, non vim aliquam voluntatis inferens, sed fortiter, et suaviter illam trahens, ea quidem traditione, si illa fas esset loqui, de qua Sponsa (*Cant. 1*): *Trahit me post te, et currenus in odorem unguentorum tuorum.*****

Secundam causam ex Augustino mutuam tradit d. Thomas (3. p. 46. art. 4) his verbis: *Sapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte viveremus, suscepit; pertinet autem ad vitam rectam, ea quae non sunt metuenda, non meture; sunt autem homines, qui quavis mortem ipsam non timeant, mortis tamen genus horrescunt. Ut ergo nullum genus mortis recte viventi homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilis, et formidabilis. Quantum vero homines crucis supplicium execrarentur, illud unum, quod Scaliger refert, satis aperte comprobatur. Ait enim, quod cum Romae pestiferae cuiusdam vertiginis morbus grassaretur, adeoque incrementu aspectu alii leones, et tigres ita perterriti fuere, ut illuc pertransire omnino permescerent. Refert hoc etiam Plinius (*lib. 8. c. 16*).*

tanto malo occurrere cupiens, tanquam praesentissimum remedium ac efficacissimum antidotum stabilivit publicam legem, ne quis in posterum se suspensio tolleret, aut quovis alio modo interficeret, alioquin ignominiam crucis in conspectu totius populi subituro. Quae poena turpitudinis, et ignominiae tantam intolentiam pavorem, ut nullus deinceps violentas manus in se iniicere ausus fuerit. Ut hunc ergo tantum crucis ignominiae timorem Dominus a fidelibus arceret, voluit ipse primus mortis crucis sustinere supplicium.

Tertiam causam docet Athanasius (*de passio. Dom.*), existimans Christum Dominum consulto mortis crucem elegerit, ut in aere moreretur, ita enim ait: *Subinatus aeream purgavit ab omni diabolica daemonum infestatione. Singularis proculdubio apparet haec Athanasii ratio, ac proinde illustratione indiget. Christus Dominus speciali ratione praeter aeream elementa sanctificaverat: terram quidem sanctificavit, per trinitatem et plures anas pedibus illam calcans; sanctificavit aquam Iordanis, ingrediens illum, ut a Ioanne baptizaretur, sanctificaturus postea ignem, cum Spiritum sanctum in forma ignis descendente mitteret. Solum ergo resalbat, ut aere sanctificaret, et ad id praestandum mori voluit in aere. Unde Chrysostomus (*in serm. de pass.*): *ait: In excelsis ligno, et non sub tecto passus est, ut etiam ipsius arbor natura mundaretur. Mori etiam elegit in aere, ut significaret, tum quod, sicut aer est medius inter coelum, et terram, sic ipse mediator esset inter Deum, et hominem; tum quia, sicut aer inter omnia elementa est communis, licet enim dicamus, haec est terra mea, haec est aqua mea, vel ignis meus, nemo tamen unquam dixit, hic est aer meus. Ita eius passio, et mors communis omnibus fuit. Passiones enim, et mortes aliorum martyrum propriae eorum fuerunt, et in proprium eorum commodum redurrantur; at passio Christi Domini, licet propria adeo ipsius solitari fuerit, ut ipse dicit (*Isai. 63*): *Torturari calcari solus: tamen fructus eius atque utilitas ex caorta non solum hominibus, sed et angelis communis esse agnoscitur, d. Paulo dicente (*ad Col.*): *Pacificus per sanguinem crucis sicut quae in terris, sicut quae in caelis sunt. Unde non dubitavit Christum Dominum non solum caput hominum, et anglorum esse, sed et gratiam, et gloriam illis omnibus promeruisse, qui eam obtinerunt, vel obtinebunt. Sed ut proprius aeccliam ad verba d. Athanasii, dum ait, Christum Dominum sublimatum fuisse in cruce, ut aeream diabolicam daemonum infestatione purgaret, in memoria revocasse iuvabit, quae Iustus Lipsius de cruce commemorat. Ait enim in Africa hunc morem viguisse, quod cum infestissimi leones, immanesque tigres inter agentibus obviam frequenter occurrerent, saepe homines lacerantes, atque discerpentes, haec singulari industria nisi fuere vicini incolae illius regionis: plura ligna per vias exaltarunt, et ab eis totidem locum suspenduntur, quorum aspectu alii leones, et tigres ita perterriti fuere, ut illuc pertransire omnino permescerent. Refert hoc etiam Plinius (*lib. 8. c. 16*).****

et addit, Duces quosdam Romanos tot leones suspensos videntes, et causam ignorantibus obstupuisse. Non dissimili industria usus est Christus Dominus: ipse est *Leo de tribu Iuda*, ut testatur d. Iohannes (Apoc. 5). Leo etiam est diabolus, d. Petro dicente (1. Petr. 5): *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens. Immanissimi ergo leones, daemones intelligi, aeren infestantes, multa inde mortalibus nocumenta inferbant; ut tamen ab hac infestatione coererentur, voluit Christus Dominus se tanquam leonem de tribu Iuda in cruce suspendi, cuius aspectu diabolici leones stupefacti, et tabescentes, ea quae olim solebant hominibus damna inferre, cohiberentur. Atque huc facit, quod in Concilio Nicæano legimus, Procopium martyrem quendam construxisse crucem, quam sequenti die his tribus nominibus condecoratam invenit, Emmanuel, Michael, Gabriel; quibus divinitus significatum est, Emmanuelem brachiis crucis, quibus illa erant exarata nomina, per carnem assumptam daemones vicissim, atque profligasse. Unde D. Iohannes Chrysostomus (ser. 8. de pass.): Nunc, ait, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi cecidit foras. O admirabilis potentia crucis, o ineffabilis gloria passionis, in qua et tribunal Domini, et iudicium mundi, et potestas est crucifixa.*

Quartam causam mihi subministrat egregia verba Ecclesiae catholicae, dum canit: *Ipsa lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret, hoc opus nostrae salutis ordo deposcebat; quasi dicat, forma haec moriendi in ligno crucis consuetudine valde fuit ad satisfaciendum pro peccato primi parentis, qui ex ligno vetito fructum suum mortem induxit. At Christus solvens, quae non rapuit, fructum salutis in ligno posuit, et vitam in orbem terrarum introduxit. Hoc Sponsus in Canticis inueniens ait (Can. 8): Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Non aliter faciens, quam filius, qui honorem offensi patris sui zelans, lignum quod pater est verberatus, servat, ut illo ipso vindictam faciat patris: hinc Athanasius (in 5. Paræ.): Misertus est ipse Deus, inquit, remedium ad tollendum errorem intulit, crucem videlicet profertens, divinae notitiae instrumentum, omni natura potentius: siquidem efficax non fuit coelum ad impietatem corrigendam, erubescit quidem Sol, sed homines detinere non poterat, quo minus illum adorarent; terra corporibus medicamenta suppeditans aegrotanti animae remedium ferre nequivit: mare quoque recedebatur, cum dicinos honores ab hominibus simili errore detentis immerito sibi offerri videret: ita miseri homines coecutientes forebant creaturam, et quotquot in promptu erant, adorantes, interea Deum ipsum invenire non poterant. Vel universa praedicans natura ad eum unius doctrinam, ac notitiam homines adducere non valuit, sed quod non potuit coelum, potuit cruce: quae sol non decuit, crucis fulgor ingens revelavit, lignumque illud, quod vile habebatur, cum esset iam plantatum, ex impietate ad pietatem transferens, quae excoluit, orbem terrarum, lignum, quod erat damnationis instrumentum, damnatis hominibus libertatis fru-*

ctum produxit; haec ille tam pie, quam eruditè.

Atque in huius mirabilis mysterii memoria religiosisissimi illi primitivae Ecclesiae fideles, ut constat manifeste ex sacris Caementis Martyrum, subius terram, quae extra muros Urbis sunt, soliti erant pastorem super numeros ovem balulantes inter duas arbores depingere, significantes per hoc, verum Pastorem, Christum Dominum, qui occasione primi arboris vetiti, dilectam naturae humanae ovem perdidit, eandem per arborem ligni crucis invenisse, et recuperasse. Unde recte d. Gregorius Nazianzenus oratione de seipso ad Arianos dixit: *Ad vitae lignum, unde cecidimus, per ignominiae lignum recessit sumus: et divus Ambrosius (in caput quartum Lucae) inquit: Mors per arborem, vita per crucem: quibus non dissimilia sunt verba divi Aelmi (lib. Cur Deus homo cap. 3) asserentis: Et ut diabolus, qui per gustum ligni, quem suavit, hominem vicerat, ita, et per passionem ligni, quam intulit, ab homine vincitur. Atque de hac manuum Christi extensione acule dixit divus Augustinus (in appendice de diversis Sermone quarto): Sacram manuum in ligno crucis extensis, et reverenda confixio, quae condemnabat Adæ, et Ecce manus, ad interdictum ligni cibum, et ingenuitatem sacrali transgressionis porrectas. Divus autem Gregorius Nazianzenus in Carmine de virginitate, propterea ait 'Christum Dominum expandisse manus in cruce, ut ad Ecclesiae gremium omnes colligeret: carmina eius sunt haec:*

Quin etiam expandens sacrali corporis artus, In fines orbis mortale ex illius orbis Collegit Genus, atque hominem contracti in munus, Et melius magne posuit Delatit in ulnis. Expurgans foedas agnino sanguine sordes, Ac scelus e medio tollens, quod clauserat astra,

Quintam causam adhibeamus ex verbis Christi erutam (Ioan. 12): *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* Astrologi omnes, et experientia docent, quod quanto altius sol supra nos ascendit, tanto fortius, et vigorosius radiorum splendore terram calefacit, tantoque efficacius vapores, et exhalationes terrae ad se trahit. Ita quidem verus Sol iustitiae Christus Dominus in cruce exaltatus divina illa, quae sibi inerat, virtute omnia ad se traxit. Unde d. Chrysostomus (ser. 8. de pass.): *Troxisti, inquit, Domine omnia ad te, et cum expandis tota die manum tuam ad populum non credentem, et contradicentem tibi, confidende maiestatis tuae sensum totus mundus accepit. Troxisti Domine omnia ad te, cum in exaltatione Iudaici sceleris unam protulerent elementa sententiam: cum obscuratis luminaribus coeli, et converso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolitis, universaque creatura impiorum se unum negaret. Troxisti Domine omnia ad te, quoniam scisso templi vetito sacrae sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, et lex in Evangelium verteretur. Troxisti Domine omnia ad te, ut quod in tuo lu-*

duca templo obumbratis significationibus legatibus, pleno, apertoque sacramento universarumque nationum deotico celebraret; haec ille. Sed paulo minutius, quae sint ista, quae pertraxerit, perpendamus. Traxit nobis Patrem, illum placens: traxit angelos, eorum sedes resaurans: traxit peccatores, ad se convertens: *Reverebantur percutientes pectora sua:* traxit antiquos Patres; ex sinu Abrahae illos educens: traxit denique saxa, quae in signum maceritiae propter mortem Creatoris scindebantur, et inter se se elidebantur. Quae omnia eloquentur, ut aesse, prosequitur d. Leo (ser. 6. paulo post med.) in haec aerea verba: *Exaltatum Iesum ad se traxisse omnia non solum nostrae substantiae passione, sed etiam totius mundi commutatione monstratum est. Pendente enim in patibulo Creatora universa creatura congeuerunt, et crucis clavos omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit, hoc in communionem sui et terram traxit, et coelum, hoc petras rapit, monumenta aperuit, inferna recessit, et densarum horrore tenebrarum radios solis abscandit. Debebat hoc testimonium suo mundus auctori, ut in occasu conditoris sui vellet universa fini; sed patientia Dei seral rebus, atque temporibus ordinem suum; nosque in illum potius coram affectum, ut coram salutem petamus, quorum crimen horrore: hactenus d. Leo.*

Ultimam tandem rationem, eamque praecipuam esse rert, quod Christus Dominus agnovit Patris voluntatem esse, ut manibus extensis, atque confassis super crucem mortem subiret, et ideo abiecit crucis mortem elegit, iuxta illud (Ioan. 19): *Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Quam multis ipse rognaverat figuris, inter quas non infimum locum tenet sacrificium vespertinum, cuius meminit David (Psal. 140): *Elecentio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Sic enim appellat eiusmodi sacrificium d. Isidorus (in commentar. huius loci) dicens: *Veniente quasi mundi vespere, sic declinante iam sole ad vespertam, Dominus elevans manus suas obtulit se ipsum in sacrificium, et deleta sunt peccata nostra. Sacrificium hoc vespertinum tanquam veneratione, ac pietate maiori conspicuum, omnibus aliis, quae in lege veteri fiebant, praefertant communi consensu Patres (super Psal. 140), quod non absque mysterio contigisse arbitror. Nam cum umbra esset, et imago vespertinum holocaustum Christi in ara crucis oblatus, quod omnium praestantissimum est, oportebat etiam illud omnia alia vetera sacrificia longo intervallo superasse. Ita tradunt d. Augustinus (in Ps. 140), Ambrosius (l. 1. de Abrâh. c. 6.), Basilii (in Ps. 29.), Hieronymus (ibi et in Mat. c. 8.) et Hilarius (con. 14. in Mat.). Arcus etiam extensus, de quo David in persona Christi loquens, dixit (Psal. 17): *Possisti ut arcum aereum brachia mea,* Christum in cruce pendente egregie adumbrat, ut unanimi consensu Patres tradunt, Ambrosius (lib. de Noe c. 27), Gregorius (hom. 8. in Ezech.), Beda (in c. 9. Gen.), Dydimus (relatus in Catena aurea), et Rupertus Abbas (in Gen. 4. de oper. Sanct. Tr.). Vere Christi brachia in cruce extensa arcus*

aereus sunt; corda crux est, quae arcus brachia extendit, sagitta velox anima, quae statim atque ex arcu hoc mystico exploditur, hostes conternit, mortem occidit, diabolum vincit, infernum spoliat, et coelum dilatat. Hoc idem mysterium sub gallina alae extendente ad protegendum pullos, Christum Dominum in cruce extensum significare docent plurimi Patres, praesertim Augustinus (l. 1. q. in Evang. g. 36. et ser. 29. de ver. Dom.), Origenes (hom. 26. in Matth.), et d. Bernardus (Tra. de pass. c. 5) haec scribit: *Videamus quid hoc sibi velit, quod Dominus se gallinae magis, quam alteri animalis voluit comparare: quia ut a sancti Patris tenetur, ideo factum est, ut exprimeretur incomparabilis affectus charitatis: nulum enim animal circa pullos suos tanta compassione movetur, sicut gallina: fit enim toto corpore hispida, voce rauca, toto ferrens animo, et omnibus membris infirma, et usque ad supremum defectum decensius. Si ergo gallina ita pullos compatiatur, quantum putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum? hactenus d. Bernardus. Cuius verba quam consentanea sint Christo Domino in cruce pendenti nullus est, qui non videat. Sed his addere liceat mihi verba Malachiae (c. 4): *Orietur vobis lumentibus nomen meum sicut vultus, et sanitas in pennis eius.* Singularis est locus iste, et summa praefert difficultatem: nam quomodo vidi solem pennis vestitus? sed iuxta Patrum intelligentiam, Augustini (ser. 134. de temp.), Ambrosii (lib. de Iacob. Patriar. c. 7. et epist. 62), Hieronymi (in Ezech. c. 43), Anthonii (super Ps. 18), Bedae (in cap. 1. Gen.), Origenes (hom. 1. in Gen.), Anastasii (in Hexamer.), et aliorum, in hunc modum licebit illum interpretari in sensu mystico. Sol Christum Dominum Solem iustitiae refert: nam sicut sol rex est, et planetarum princeps, ita Christus Rex regum, et Dominus do minantium; et sicut ille suo accessu terram floribus, frondibusque splendide ornat, spargit vir, aestateque proscindit, ea vero recedente succedit hyemis rigor, qui ornatu suo terra, arboresque spoliatur; ita Christus ad se sanctos veluti vapores attrahit, adurit vilia, roremque virtutum infundit, multisque animi delibus infuscandam hominum terram exoriat: et sicut sol descendens ad inferiores partes, redit tandem ad locum suum; ita Christus descendens ad inferiores partes terrae, victor tandem rediit ad vitam. Et sicut sol tanquam luminaria lucem suam haurit; ita Christus tanquam luminaria lucem suam Ecclesiae, toti praefulgat orbis: unde accedente illo in die gratiae tripudium, recedente in noctis tenebris caecumimus. Sed videamus, quae sint huius solis pennae, siquidem Propheta ait: *Et sanitas in pennis eius.* Scio Hugonem cardinalem per has pennas intelligere iustitiam, et misericordiam, cui partim consonant quae Christus Dominus revelavit b. Birgitta, his verbis: *Ego sum quasi gallina, quae currentes ad vocem meam pullos, et deest desiderantes obumbrationem alarum mearum, et poterit defendo a diaboli laqueis, et sapienter inspirationibus meis provoco ad salu-**

tem. Quid ergo est penna nisi misericordia mea, quam qui obtinuerit, ita securus esse potest, sicut pullus, qui sub alis matris refectur? Ergo estote sicut pulli currentes ad voluntatem meam, et in omni tentatione, et contrariis dicite voce, et operibus, fiat voluntas Dei: quia ego confidentes in me defendo potentia mea, reficio misericordia mea, teneo patientia mea, visito consolatione mea, illumino sapientia mea, remunero in centuplum charitate mea; haec enim ibi. Sed a proposito instituto non recedens, per has solis iustitiae pennas sanitatem deferentes, iuxta prophetam Malachiam apte intelligi posse roor brachia Christi in cruce extensa, quibus velut pennis expansis sanitatem, ac salutem humano generi lethali morbo laborantibus miseris corditer attulit, et de quibus recte verificatur illud (Deut. 32): Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans, expandit alas suas, sicut et in cruce, et assumptum eum, et asportavit in humeris suis.

Præterea torcular a Christo calcatum, de quo Isaias (c. 63): Torcular calcavi solus, crucem in consorcio Christi significare, permittit Patres adnotant. Non me latet, perplures in diversos alios abire sensus: nam d. Gregorius (lib. 16. Mor. c. 13) ait, torcular esse pressuram Martyrum, Athanasius (g. 49) baptismum, Theodoretus (sup. Ps. 8) Ecclesiam catholicam, Orogenes altare holocaustorum, Irenæus (lib. 4. cont. haeres. Val. et sequ. c. 70) spiritum Prophetarum, Hieronymus (c. 16. Isaias, et in c. 9. Osee) scholam haereticorum, Eucherius (in forma & spirit.) diem Iudicii, Didymus (Ps. 8) castitatem, Beda gloriam coelestem, ubi in maxima copia iucunditatis nustum exprimitur. At praese illi argumento accomodandis torcular interpretatur crucem, et passionem Christi divinus Augustinus, Bernardus, Hilarius, Rupertus, et noster Lyranus. Est haec interpretatio valde consona textui: nam dicentibus angelis die Ascensionis, quare rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Christus Dominus respondit, torcular passionis, et crucis calcavi solus, ideo sanguine vulnerum sum conspersus.

Ac tandem Christum Dominum actum in cruce esse obedientiam Patris perpulchre admirari, nullo sanctorum Patrum dissentiente, historia sacrificii Abrahæ, ut eleganter proponitur divus Iohannes Chrysostomus (in c. 2. Genes. homil. 18.), et Origenes (homil. 18. in Gen.), et Philo Iudaicus (lib. de Abrahæ Gen. 22). Træcepit Deus Abrahæ, ut offerret sibi in holocaustum filium suum unigenitum Isaac, et mane consurgens perrexit in montem holocausti, ligna super filium imponens; ipse autem portabat in manibus ignem, et gladium, ut ait sacer textus. Pater Abraham aeternum Patrem præsignabat, qui in sacra Scriptura antiquus diem vocatur: hic ignem portat, divinum scilicet amorem (Joan. 3): Quia sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: gladium etiam affert, quo Filium percussit, ipse dicente (Isai. 53): Propter scelus populi mei percussit eum. Sicut etiam Pater Abraham tulit ligna holocausti, et imposuit super Isaac; ita aeternus Pater non solum ma-

teriale, ut ita loquar, ligni crucem, sed intolerabilem peccatorum nostrorum sarcinam humeris Filii sui superposuit, Isaias dicente: Posuit in eo iniquitates omnium nostrarum. Et sicut de Abraham ait Moyses: Vidit, et gavisus est, hoc est, videns in spiritu, et velut in umbra mortem Christi, summa alacritate perfusus est, propter summam eius utilitatem inde emergentem; ita Pater aeternus videns per mortem Christi divinae iustitiae satisfieri, et humani generis miseriam sublevari, valde gavisus est. Isaac autem filium Abraham, Christum Dominum Filium aeterni Patris ad vivum exprimeret concors Patrum sententia docet: Isaac enim natus est ex sterili, Christus ex Matre virgine; Isaac portavit ligna holocausti, Christus portavit crucem; si Isaac non est passus, sed eius loco aries, id etiam iustitiae quadrat Christo Domino, cuius divinitas non est passa, sed eius loco humanitas. Ac tandem: Levavit, ait sacer textus, scilicet Abraham, oculos suos, viditque post tergum suum arietem inter vepres haerentem cornibus: vel ut legit d. Ambrosius: Ecce aries suus haerens suspensus cornibus in virgulto: quae lectio valde consentanea est Hebraeo originali, dicitur: Et vidit, et ecce aries appensus est in perplexu cornibus suis. Unde Paraphrastes Chaldaeus ait: Et ecce aries, postquam apprehensus est in arbore cornibus suis. Quae omnes lectiones in eo conveniunt, quod vidit Abraham arietem cornibus suspensum inter vepres, seu vepres, quod ad vivum satis referret Christum Dominum spinis coronatum in cruce pendentem, ut praedicat Patres adnotant. Illud etiam, quod Abraham factu arietis sacrificio, dicit: Dominus vidit, vel ut alia versio habet, Dominus videbit; quasi diceret, Dominus videbit impletum in Filio suo, quod in meo adumbratum fuit, a proposito nostro nihil dissidet, sed consensuancum potius est. Testatur etiam Moyses, in tempus sum appellatorem hanc illius montis durasse, Dominus in monte hoc videbit, vel ut originale Hebraeum habet, Dominus videbitur: quae lectiones contrariae non sunt, immo utraque fuit impleta, quia Filius Dei in cruce ab universo populo visus est, et Pater aeternus vidit illum super aram crucis holocaustum sibi oblatum. Adde his, ita per omnia figuratum figuræ respondere in hoc Abrahæ sacrificio, ut Christum Dominum crucifixum fuerit, Deoque Patri immolatus in eodem monte nomine Moria, quo olim Abraham filium suum Isaac immolavit, ut tradit d. Augustinus (ser. 71. de temp.), id confirmans, et supra adnotavi, auctoritate d. Hieronymi.

Porro alias, quas apud sanctos Patres lego rationes, non est, cur in illi silentio praetermittam. Divus enim Augustinus (in append. de die. serm. 59) hanc singulararem reddidit rationem in haec verba: Noluit lapidari, aut etiam gladio percipi, quia videlicet non semper nobiscum lapides, aut ferrum ferre non possumus, quibus defendamur; elegit vero crucem, quae levi motu manus exprimitur, qua contra iniuriam versutibus munimur. Sed et apud eundem aliam egregiam lego rationem (l. 83. quest. 25.) dum ait, propterea Christum crudelium crucis mor-

tem voluisse suslinere, ut fideles pro catholica fide tenenda nullam, quantumvis horrendum mortis genus exhorrescerent: verba eius sunt haec: Pertinet autem ad vitam rectam ea, quae non sunt metuenda, non meture, mors autem metuenda est: oportuit ergo ipsum illius hominis, quem Dei sapientia suscepit, morte monstrari: sunt autem homines, qui quamvis mortem ipsam non timeant, genus tamen aliud ipsius mortis horrescunt. Nihilominus autem, ut ipsa mors metuenda non est, ita etiam nullum genus mortis, bene, et recte viventi homini metuendum. D. Ambrosius aliam excogitavit causam (super Lucam cap. 23) dicens: Ut non sibi soli, sed omnibus vinceret; manus in cruce extendit, quo omnia ad se traheret, ut nodo cauta, iugo fidei suspensa, coelestibus ea, quae prius erant terrena sociaret. Lactantius Firmianus (de vera sapientia lib. 4. c. 26) hanc subdit rationem, ut Christus in crucem elevatus omnes conspiceret, et ab omnibus conspici posset: ex hoc enim tota nostra salus dependet, ut nos ille misericorditer respiciat, et nos illum religiose respiciamus. D. Anselmus (sup. epist. ad Philip. c. 20) hanc his verbis apponit rationem: Tam pessimam mortem Saluator elegit, ut omnem mortem nostram occideret. Ac tandem ratione d. Pauli orationem concludo, quod propterea docuit, Christum in crucem actum fuisse, ut efficacia infinitae suae virtutis universo orbi magis innotesceret, dum infimo crucis ligno universum orbem potenter expugnavit, et suae ditioni subigavit: Quod infernum est, inquit, Dei, fortius est hominibus; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXIV.

De variis figuris iuxta Patrum doctrinam, quibus tam in rebus naturalibus, ut mundo, coelo, stellis, aere, avibus, animalibus, tam aquis, quam terrestribus, necnon in plantis, et arboribus, variisque Gentilium symbolis, quæ in rebus artificiose affabrefactis, Deus Christi Domini crucem mirabiliter praesignavit.

Ad eo nobis utilem divina sapientia crucis memoriam indicavit, ut eius figuram ab initio semper in hominum oculis versari voluerit; unde omnino propemodum ita condidit, ut vel ipsa condita, vel eorum operationes crucem ipsam cunctis mortalibus ob oculos ponere videantur. Quod ne proprio Marte asserere queam, non alimde id probare audeo, quam ex sanctis Patribus, probabilissimae Ecclesiae Doctoribus: etenim d. Gregorius Nyssenus (or. 1. de res.) universam hanc mundi molem figuram crucis gerere his verbis egregie dissemit: Coelum suspice, et partes infimas animo complectere, extremasque, ac summos orbis terminos cogitatione comprehendere; atque considera, quamnam potentia, tanquam universitatis vin-

culum, haec omnia decernat, videbisque sponte sua in ea divinae potentiae contemplatione crucis figuram exprimi, a superis ad infera, ab extrema protensa, atque descriptam. Figuram hanc magnum etiam David de se loquens expressit (Psal. 138): Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in coelum, haec est sublimitas crucis, tu illic es; si descendero in infernum, hoc est profundum, ades. Si sumsero pennas meas diluculo, id est ad ortum solis, haec est latitudo, et habitavero in extremis maris, haec est longitudo. Cornis quomodo crucis figuram describat? Et paulo inferius adducens illud d. Pauli (ad Ph. 2): In nomine Iesu omne genua flectatur, coelestium, terrestrium, et infernorum, ait magnus Apostolus. His verbis per crucis figuram divitem Christi adorationem: coelestis enim regio pariter sublimiorum, terrestres ambas medias, inferna profundam continet. D. Ambrosius (tom. 3. ser. 56): Coelum, inquit, quoque ipsum Iesu signi figuram dispositum est: nam quatuor partibus, hoc est Oriente, et Occidente, ac Meridiano, et Septentrione distinguitur, quatuor quasi crucis angulis continetur; haec enim ille d. etiam Hieronymus (super cap. 11. Marei) inquit: Ipsa species crucis quid est, nisi forma quadrata mundi? Sedulus item, nobilis poeta (lib. 4. oper. Paesalis), haec in idem argumentum egregia carmina cecinit:

Neve quis ignoret speciem crucis esse colendam. Quae Dominum portavit ovans ratione potens, Quatuor inde plagas quadrati colligit Orbis, Splendidus auctoris de vertice fulget Eous, Occidit sacrae lambuntur sidere plantae: Arcion dextra tenet, medium laeva erigit axem, Cunctaque de membris vivit natura creatis. (dum. Et cruce complexum Christus regit undique mun-

Non dissimilia scripsit d. Augustinus (sup. Ps. 136), dum ait: Partes enim mundi quatuor sunt: Oriens, Occidens, Aquilo, et Meridies. Ab omnibus istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, a quatuor ventis se collecturum electos suos, ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur? Undique in Trinitate vocatur; non vocatur nisi per baptismum: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: quatuor enim ter ducta duodecim inveniantur. Immo et ipsas, quae in octavo orbis silae sunt, stellae, in modum crucis formatae esse, Arabes tradidere, teste Coelio Rodigino (lib. 10. c. 8), quibus subscribat Philo (lib. de Cherubin), et Marsilius Ficinus (de vita coel. comp. lib. 3. cap. 18), ubi ait: Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabum collegio legimus, figuram crucis cunctis anteponebant, quia corpora per virtutem agunt ad superficiem iam diffusam. Prima vero superficies cruce describitur: sic enim in primis lobet longitudinem, atque latitudinem: primaque haec figura est, et omnium recta quam maxime, et quatuor rectos angulos continet; effectus vero coelestium, maxime per rectitudinem rationum, angularumque resulant: tunc enim stellae magnopere sunt potentes, quando quatuor eveli tenent angulos, immo cardines, Orientis videlicet,

cem eradite docuit Iulianus martyr (Apolog. 2): Considerate, ait, omnia, quae in mundo sunt, an sine hoc signo crucis gubernentur, aut possint prebere sui usum. Mare enim non scinditur, nisi trophaeum intat, quod malus appellatur, saluum in navi maneat, terra non aratur sine eo, fossore non absolvitur, nec alii item operari mechanici, nisi per instrumenta, quae formam hanc referant. Similia tradunt d. Ambrosius (Iona tertio, serm. quinquagesimo sexto), et Origenes (homilia 8. in diversis): quibus addo Architectos, priusquam ad erigendum aedificium aliquod normam adhibeant, prius solitos in charta, vel tabula cruceum depingere, quae velut basis, et fundamentum exemplaris extruenda domus existat. Chirurgo etiam, cum putrida ulcera ferro aperitur, in formam crucis, et quod id iuxta medicinae documenta utile valde sit, illa plerumque aperire observari. Quid plura? Statera, qua res ponderantur, crucis formam, et effigiem habet; unde ipsa crux ab Ecclesia, statera, unde nostrae redemptionis pretium pendit, vocatur:

Beata, cuius brachiis
Saecli pependit pretium:
Statera facta corporis
Praedamque tulit tartari;

quae verba elucidans divus Bernardus, his, quae sequuntur, mirifice illustravit: *Cruce facta est statera corporis Christi, quod est Ecclesia. Appensa sunt cum ipso peccata, quae commisimus; ipse erat innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior caelis conversatio eius: et quoniam talis, ac tantus tam indigna dignatus est in cruce pati, praeponderare coepit calamitas, cum adhuc tamen in cruce erectus staret; vacillare videbatur statera, nec plane cognoscebatur, quo cadere deberet; inclinatio tamen copite emisit spiritum, ut calamitas praeponderando caderet, et quasi arena maris gravior appareret: haec ille. Unde non immerito unusquisque nostrum usurpare potest illud (Iob 6): Utinam appenderentur peccata mea in statera, scilicet crucis, et calamitas mea, indest passio Christi, quae mea est ex dono illius, quasi arena maris, haec gravior appareret. Denique, tametsi quidpiam humile dicere videat, ita crucis figura ad humanos usus utilis est, ut ipsae etiam feminae, si quae implicata fila explicare velint, transversis lignis in modum crucis soleant. Quod quam magni momenti sit, crucis figura ad humanos usus, tam nautis, quam agricultoribus, eleganti stylo prosequens d. Ambrosius (de Cruce Christi tom. 5) dixit: Grande est crucis sacramentum; et si intelligimus, per hoc signum etiam mundus ipso salvetur, nam cum a nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur, ut cruce, Domini facta, aquarum fluentia rumpantur, et hoc securi signo portum salutis petunt, periculum mortis evadunt: figura enim sacramenti quaedam, est velum suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce; atque ideo confidentia de mysterio veniente, homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis rota suscipiunt. Sicut autem Ec-*

clesia sine cruce stare non potest, ita et sine arbore nautis infirma est: statim enim diabolus inquietat, et illum ventus alitit; at ubi signum crucis erigitur, statim et diaboli inquietus repellitur, et ventorum procella sopitur. Sed et bonus agricola, cum parat terrae solum vertere, et vitae alimenta perquirere, non nisi per signum crucis id facere conatur: dum enim aratro dentale subicit, affigit aures, sticam inserit, figuram crucis imitatur: compactio enim ipsa, similitudo quaedam est dominicae Passionis. Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, coelum regitur, homines conservantur: atque ex his omnibus non obscure constat, quam nulla, tam natura, quam arte confecta cruceum Christi praeseferant; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

Adducuntur figurae omnes, quae sacra eloquia de cruce dominica prodiderunt, varisque sanctorum Patrum eruditione illustrantur, ac locupletantur.

Quamvis Deus Optimus Maximus tanquam auctor naturae in rebus naturalibus Christi Domini cruceum delineaverit, ut haecque vidimus, tanquam auctor tamen supernaturalis, altius, et excellentius non solum figuram, sed et praestantiam eius, ac miram virtutem, multifariam, multisque modis in sacris literis praesignari et adumbrari voluit, ut ex illis mira crucis dignitas magis effulgeat, et fides eius Christianorum animis tenacius in dies inhaerescat: nam ut egregie observavit Tertullianus (lib. 3. contra Marcionem): Quanto sacramentum crucis creditur difficilius, et scandalo magis expositum, tanto magis oportuit per varias adumbrari figuras, ut sic credibilis redderetur; et, ut ibidem dixit Tertullianus, difficultas intellectus, gratiam Dei quaereret. Quam rem, ut altius repetamus, et quod fieri potest, divina aura nobis favente, nihil quod in hoc genere argumenti desiderari possit, nos praereat, a ligno vitae exordiamur, quod primam omnium crucis figuram extitisse arbitror. Unde divus Ioannes Damascenus (Ordoctozae fidei l. 4. c. 10) dixit: Pretiosam cruceum praefigurovit vitae lignum, quod in Paradiso plantatum est a Deo; nam postea quam per lignum mors, oportebat per lignum donari vitam, et resurrectionem. Idem docet sanctus Clemens Alexandrinus (lib. 2. Paedag.), sanctus Anasias Synaita (Anag. contemp. lib. 5), sanctus Cyrillus Alexandrinus, sive Iodocus, ut alii putant (l. 8. super Ioannem cap. 17), Beda (in e. 24. Iob.). In quo autem, si roges, lignum illud vitae crucis alterum, respondeo in multis. Primo in eo, quod sicut arboris vitae unicum solum fuit Individuum, ut tradunt Avulensis (c. 13. Gen. q. 163), Pererius (l. 3. in Gen. q. 2), et Palatinus (in 2. dis. 19.), ita arbor crucis quae patibulum extitit Christo Domino, unica fuit, Ec-

clesia canente: *Arbor una nobilis*. Secundo, quia sicut arbor vitae consistit erat in medio Paradisi, iuxta illud: *Produxit Dominus lignum vitae in medio Paradisi*, ita arbor crucis in medio Orbis censetur fuisse plantata, ut regius Vales occubuit (Psal. 37): *Operatus est salutem in medio terrae*; salutem autem non alibi operatus est, quam ex arbore crucis pendens. Tertio, quia sicut arbor illa dicebatur lignum vitae, vel, ut fons Hebraicus habet, lignum vitae, eo quod bifariam vitam conservaret, et ut alimentum, et ut medicina; vel, quod non soli Adae, sed cunctae eius posteritati vitam impertiret, ita crucis arbor potiori iure lignum vitae nuncupari meretur: tum quia fructum nobis germinavit, cuius substantia, velut alimentum pasceretur, et nutrirur; et cuius sanguinis succo, tanquam praesentissimo antidoto, ac probatissima medicina spiritalia nostra vulnera curantur: tum quia non solum Christo Domino vitam corporis salutem, sed et toti soboli, et posteritati filiorum eius peperit. Quarto, quia sicut arbor vitae comedenti de fructu eius perfectam immortalitatem praestabat, ut tradit cardinalis Bellarminus de statu innocentiae agens, vel ut sanctus Thomas (1. p. q. 97. a. 4) docet, secutus divum Augustinum in permultis locis, cui gravissimi Doctores adhaerent, vitam producebat in longissimum tempus, ita crucis arbor non solum vitam longam, miram eius virtutem degustantibus, sed vitam aeternam tribuit. Quinto, quia sicut virtus illa mirabilis ad conservandam vitam ab omni infirmitate indemnem, quae arbori vitae inerat, non erat ei naturalis, seu ab eius natura profuens, sed miraculose a Deo tanquam auctore supernaturali divinitus ei indita, ut tradunt divus Augustinus (lib. 14. de Civ. c. 26. de Civ. 6. de gen. c. 5. et lib. 8. c. 5. et lib. 13. de Civ. Dei), Theodoretus (q. 26. in Genes.), venerabilis Beda, cardinalis Bellarminus (lib. de gratia primi hominis c. 15), scholasticus Theologi cum d. Bonaventura. Unde eruditus auctor Iacobus Sarugensis (orat. de eiecto Adamo ex paradiso), dixit: *Arbor illa vitam allaturam fuerat immortalem, propterea quod mysterium Christi in illa lateret, ac proinde occulta quadam officina ipsius fructus polleat, cum Christus vita sit. Non dissimiliter mirabilis virtus arboris crucis ad vincendos hostes, ad profligandum daemones, ad praeservandum a malis, ad sanandum ab infirmitatibus, tam corporis, quam animae, necnon ad coelestem, et immortalem vitam impertientem, non quidem erat ei naturaliter congenita, sed a Christo Domino gratiae et vitae auctore supernaturaliter communicata. Sexto tandem, quia sicut lignum vitae positum erat iuxta lignum scientiae boni, et mali, ut auctor est eruditissimus Malvenda (lib. de parad. vol. cap. 73), ita divina providentia factum est, ut lignum crucis iuxta duo latronum ligna fixum esset, quorum alterum, lignum scilicet boni latronis, lignum scientiae boni appellaverim, cum ab eo pendens Christum Dominum confessus, Paradisum ab eo obtinuerit: hodie mecum eris in paradiso; alterum vero, lignum scilicet, ex quo pendebat impoenitens latro, li-*

gnum scientiae mali merito nuncupaverim, cum propter duritiam cordis illius in profundum inferni barathrum fuerit delatus.

Secundam dominicae crucis figuram praestulit instrumentum, quo Cain fratrem suum Abel occidit in agro, ut (lib. Gen.) legitimus. Licet enim divus Chrysostomus (in Gen. c. 4) dicat, illud fuisse gladium, quod et sensit d. Isidorus Hyspalsensis (de vit. et mor. sanct.); alii tamen, ut tradit Iacobus Bosius, difficile sibi suadentes, in primordio illius temporis gladii usum iam viguisse, lignum autem instrumentum fuisse, quo Cain fratrem suum interemit. Quidquid tamen sit de hoc, omnes fere Patres, praecipue d. Gregorius (lib. 29. Mor. c. 16), s. Ambrosius (de Abel, et Cain lib. 1. c. 2), et Isidorus Clarius (in episto. ad Heb. c. 12), unanimi consensu doceant, mortem Abelis indubitalam esse figuram mortis Christi in cruce: et merito quidem: nam si Abel iustus, Christus iustissimus, immo et ipse auctor iustitiae; si Abel pastor ovium, Christus Pastor animarum (Iona. 10): *Ego sum pastor bonus*: si Abelis munera grata fuerant Deo, Christi oblatio tam fuit Deo Patri grata, ut eius munere genus humanum ei reconciliaverit: Abel obtulit oves, Christus seipsum, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est; Abel pro invidia occisus est a fratre, Christus per invidiam a fratre suo populo Iudaeorum in mortem traditus fuit: invidia enim livore sauci dicebant (Iob. 11): *Quid facimus, quia hic homo nulla signa facit?* Abel occisus est in agro, Christus extra portam passus est, ut ait Paulus, in agro montis Calvarii: et si Abel, ut ait idem Apostolus, uberiorem hostiam obtulit, quam Cain, certe Christus seipsum in ara crucis immolans, pinguiorem, et uberiorem hostiam obtulit, quam fuerint omnia veteris legis sacrificia: quod si Cain interrogatus a Domino de patre suo, respondit se nescire, dicens: *Nescio, nunquid custos fratris mei ego? idem prorsus, ut acute observavit s. Augustinus (lib. contr. Faust. Manich. lib. 12. c. 10), respondet modo Iudaeus, a quo si de Christo quaeras, contumaciter ait: nescio illum, nunquid ego custos eius sum? ac laudem si sanguis Abel clamabat de terra, vindictam fratris postulans, certe Christi sanguis ad interpellandum pro nobis de terra clamat ad Patrem, ut ait Apostolus, veniam nobis implorans.*

Tertiam crucis figuram gessit eiusdem libro Genesis ligna arca Noe, ut adnotatur s. Iulianus martyr (in dial. cum Triphon.), s. Ambrosius (in Luc. 3. de his, qui myster. init. c. 3. et de vocat. gentium c. 4), s. Isidorus Hyspalsensis (sup. Gen. cap. 6. et 7), d. Cyrillus (in Iona. lib. 8. c. 17), Clemens Alexandrinus, d. Augustinus, Chrysostomus, Rupertus, et his antiquior Origenes dicens: *Volens igitur Deus abluere, et mundare quod immundum erat, inundans diluvium misit in terram, et sanctum Noe in arcam iussit ascendere; qui postea iam recedente diluvio, coram dominis prius, qui cum non reverteretur, misit et columbam, quam tamen cum ramo olivae legitimus revertisse. Si ergo vides aquam, vides lignum, vides coram, et columban aspicias, iam credo quod de mysterio non*